

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostratum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

69. Vtopia

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

ut Gregorius Nazianzenus de illis extemp^t orancis mercenariis ait, unius diei sanctos facitis, sapientesque jubetis esse eos, qui nulla praediti sunt sapientia, & qui nil ad gradum praeerquam velle adserunt. B. Agnosco errorem nostrum A. At duriora ab eodem de suo ordine audi. Purgant inquit, priusquam purgantur; heri sacrilegi, hodie sacerdotes; heri factorum expertes, hodie in sacris duces; veteres in malitia, at tenues in pietate.

69 V T O P I A .

A. Q Vas hic literas lectitas? B. Vah oportune, laternam tuam velim! A. Quid? ut meridie literas videas. B. Non: sed his literis ut satisfaciam. A. Insolitas literas ahs. B. Credibile est, cum ex fortunatis Insulis advenerint. A. Jamne reddit illa orbis ambula naviss? B. Rediit, ac illuc iterunt ire cogitat. A. Quid astura? B. Advectiona in colas novae ibi coloniae. A. En me quoque si fortunatorum in coloniam deducendus sum. B. Nescis tu an ex eorum numero sis, quos volumus, mihi quidem lucerna conquirendi creduntur. A. Dic quales velis, ac me dein examina. B. Volo Sacerdotes qui Christianum imitari; volo Legisperitos, qui proximum diligere; volo Medicos qui modum seruare; volo Philosophos, qui seiplos nosse; vololiteratos, qui verum scire; volo optimates, qui bonum agere; volo artifices, qui ingenium excolere; volo politicos, qui Mundum contemnere; volo felices,

liches, qui carnem domare, volo Evangelicos, qui crucem perferre; volo Christianos, qui futuris inniti voce & exemplo doceant. A. Hoc unico exempli verbo me plane deieisti: nam adducturus tibi eram plurimos, quorum oris est magna promptiudo, ingenijque sagacitas, sed representando minus felices iunt. B. Tu Rethores illos Athenienses aies, qui maledicendo omnium maxime strenui, dimicando ignavi fuerunt A. Nonne vero mirum est vocem & exemplum raro conjungi, disunctas frequentiter occurtere. Nam scire & non facere; facereque & non scire in promptu passim est; scire facereque propemodum nullibi apparet. B. O infelix divortium, & cui jungendo merito Vtopiani illi insudant! A. Quam tu Vtopiam nominas? B. Illam coloniam quam tam rarissimis incolis habitur. A. Tibi ergo colligendorum partes datae sunt? B. Vides, at quid profecerim haec tibi chartae dicent, infice catalogum. A. Papyri satis, at ubi inscripti? B. Verte folia. A. Nihil apparet. B. Value, & revolue. A. Frustra sum. B. Evolute. A. Vah in fine aliqui, atque ex infinitate. B. Sic convenit: nam qui sublimiores, omnes iter denegatunt. A. Obscuro te ascribe & me, saltem quia omnibus sordeo, & vileo, & sum invitus. B. At cui classi numerabo. A. Tu videris, modo recipiar. B. Noli properare, nec enim nauim hodiem aut cras soluimus. A. Vah, si non aliis fiat bonorum cursus, haud triremi quidem sed cymbula, aut aflare in Vtopiam navigabimus.

69. ATHE-

C Oncurrit
cires civi
mos; A. Patri
mus, ubi odo
nima: Litera
eadiefit, ecc
di incipient
Pape! qua
ngatur, me
ate, quam in
tuam porti
te, & nos
adefiat, qu
ut in ipsissimum
actato, litera
torio, elegan
tia, sed later
e, ubi confu
cent, insidia
e, ubi Hypoc
ratis, Latro
nibus, adulant
ur, Timo
sus est. Ita
aber, pulpi
agit. B. A
quasi immerg
supertia con
aut in pa